Ad perpetuam huius rei memoriam Nos consules Scabini Iurati Magistri operariorum ac tota civitas
opidi Zilbicz districtus Osswiecimensis Notumfacimus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis
Quemadmodum Illustris princeps dux Cazimirus dominus Osswiecimensis [illegible] in grossis iustis vendicionis
et empcionis titulis mediantibus octo veros ac legitimos census discreto viro domino Materno
Altariste in Zathor viginti quinque marcas annui census grossorum bonorum Bohemicalium et minutorum polonicalis
consuetis pagamenti ad perpetuum testamentum prout aliis in litteris desuper confectis plenius continetur. Nunc et
super agris ortis craticinibus censibus omnibus et singulis proventibus in dicto opido nostro Zilbecz et forsan eidem
opidum ad dominum ducem Cazimirum legitime et hereditarie pertinentes et spectantes rite et racionabiliter vendidit
et [illegible] pro Quinquaginta marcis grossorum Bohemicalis minutorum polonicalis ac consueti et soliti paga-
menti. Et nos antedicti consules Scabini Iurati ac tota communitas dicti opidi Zilbecz qui nunc sunt
et pro tempore fuerint de mandato et consensu antedicti incliti ducis Cazimiri domini nostri graciosi spondemus et promitti-
mus bona nostra fide omni dolo et fraude semotis supradictum censum annuum quinque marcas ut prefertur dicto domino
Materno omnibusque suis legitimis successoribus Altaristis altaris In ecclesia parrochiali Zathor In ho-
nore Sancte Marie virginis Assumpcionis et Sancti Michaelis archangeli omniumque Archangelorum
angelorum ac aliorum sanctorum fundati et consecrati In primo venturo festo sancti Michaelis archangeli
in quo prima instabit solucio dicti annui census quinque marcas et sic deinceps singulis annis in prenotato termino
prefatum censum quinque marcas simul et semel in uno cumulo plene persolvere et complete ac eidem domino
Materno omnibusque suis successoribus Altaristis ut prefertur eundem censum annuum quinque marcas plene
sic ut promittitur in prenotato termino Sancti Michaelis singulis annis In opido antedicto Zathor sub
nostris propriis fatigis laboribus periculis sumptibus et expensis dare et presentare absque omni et completu dilacionibus
et occasionibus quibuslibet procul motis et postergatis. Nichilominus quo ad solucionem supra[illegible] ad expressam
sic faciendum ut prefertur submittentes nos et omnes successores nostros incolas dicti opidi Zilbecz ecclesiastice
censure ac eandem censuram ecclesiasticam in nos et omnes successores nostros incolas Zilbecz prorogantes tociens
quociens remissi et negligentes fuerimus in solucione prenarrata In cuius rei evidens testimonium Sigillum
civium nostrorum opidi antedicti presentibus est appensum Datum in Zilbecz quarta feria proxima post festum
Nativitatis Beate Marie virginis gloriose Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo secundo.

1432

Pro Abba.

1896. N. 59

